Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



YAS

similis mei. Annuntians ab exor
dio nouissimum et ab initio que non
dum facta sunt dicens. Consilium
meum stabit et omnis voluntas
mea fiet. Vocans ab oriente auem
et de terra longinqua virum volunta
tis mee. Et locutus sum et ad du
cam illum et faciam illud. Audite
me duro corde et qui longe estis a iu
sticia prope feci iusticiam meam non
elongabitur et salus mea non mo
rabitur. Dabo in syon salutem
et in iherusalem gloriam meam.

XLVII

Descende
sede in puluere virgo fi
lia babilonis. sede in terra
non est solium filie chaldeorum.
quia ultra non vocaberis mollis et
tenera. tolle molam et mole farinam
Vnda turpitudinem tuam disco
operi humerum tuum. reuela crura et
transi flumina. reuelabitur ignominia
tua et videbitur opprobrium tuum
Vlcionem capiam et non resistet mi
chi homo. redemptor vester dominus
exercituum nomine illius sanctus israel
Sede tace et intra in tenebras fili
a caldeorum. quia non vocaberis ultra
domina regnorum. Iratus sum
super populum meum. contaminaui he
reditatem meam et dedi eos in manu
tua. non posuisti eis misericordias. Super
senem aggrauasti iugum tuum
valde et dixisti. In perpetuum ero domi
na. non posuisti hec super cor tuum
neque recordata es nouissimi tui et
nunc audi hec delicata habitans confi
denter que dicis in corde tuo. ego
sum et non est preter me amplius.
non sedebo vidua et ignorabo sterili
tatem. Venient tibi hec duo subi
to in die una sterilitas et viduitas
vniuersa venerunt super te propter multi
tudinem maleficiorum tuorum et propter
duriciam incantatorum tuorum. ve
hementem et fiduciam habuisti in ma
licia tua et dixisti non est qui videat
me. Sapiencia tua et sciencia tua
deceperunt te et dixisti in corde tuo
ego sum et non est altera preter me
Veniet super te malum et nescies or
tum eius et irruet super te calamitas
quam non poteris expiare. Veniet super
te repente miseria quam nescis.
Sta cum cantatoribus tuis et cum
multitudine maleficiorum tuorum
in quibus laborasti ab adolescencia
tua. Si forte quidem proficiat tibi
aut si possis fortior fieri. Defecisti
in multitudine consiliorum tuorum.
stent et saluent te augures celi qui
contemplabantur sydera et supputa
bant menses ut ex eis annunci
arent ventura tibi. Ecce facti sunt
quasi stipula. ignis combussit eos
et non liberabunt animam suam de
manu flamme. non sunt prune quibus
calefiant. neque focus ut sedeant ad
eum. sic facta sunt tibi in quibus tamquam
laborauerat. negociatores tui ab
adolescencia sua errauerunt. non
est qui saluet te.

XLVIII

Audite hec domus iacob
qui vocamini nomine
israel et de aquis iude existis
Qui iuratis in nomine domini

xlviii

24